



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt sacrilegi diiudicentur, qui se sacratis foeminis miscuerunt. li.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

mortuæ in diuinis oculis computantur, per prouincias
surrentes, curiose, & verboſe, ſi libidinibus cæteriſque
nis voluptatibus inferuire accuſantur, ſi manifeſtè de
potuerint, epiſcopali auctoritate, & regia poteſtate in
bus locis reſidere ſub teſtimonio religioſo cogantur, ubi
nitentiam ſi fecerint dignam, aſſequantur etiam fruſtra
ſam. Si enim manifeſtè detegi nō valuerint, erga Eccleſi
ſuæ opinionis malam famam canonicè purgare cogantur
& vt religioſius de cætero viuant, & in monaſteriis con
ſentur, epiſcopali decreto, & regia poteſtate coërceantur.
his etiam Apoſtolus dicit: Quæ quum fornicatæ fuerint,
Chriſto nubere volunt.

*Vt ſacrilegi diiudicentur, qui ſe ſacratis ſæminis mi-
ſcuerunt. Cap. LI.*

*Ex cõcil.
Arala-
tenſi, c. 7*

Sciendum eſt omnibus quòd Deo ſacratarum ſæminum
rum corpora per votum propriæ ſponſionis, & verba
cerdotis, Deo conſecrata templa eſſe ſcripturarum teſti
moniis comprobantur, & ideo violatores earum ſacrilegi
ac iuxta Apoſtolum filij perditionis eſſe noſcuntur.

*De his qui ſanctimoniales virgines, viduas velatas ra-
piunt. Cap. LII.*

*Ex cõcil.
Meldēſi,
cap. 8.*

Qui ſanctimoniales virgines, vel viduas rapiūt, & pro
greſſu etiam criminis in coniugium ſumunt, publicæ
pœnitentiæ ſubigantur. Ipſe verò ſæminæ locis con
gruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religioſum
redire cogantur. Ipſe autem inceſtuosus ſine ſpe vxoris
pulationis perēniter maneat, niſi neceſſiſſe ſe velatam expu
gare potuerit. Si verò, quod abſit, coniugia iterare præſu
pſerint, acriori ſubdantur vindictæ, & amplius propellan
tur. Qui ſi fortè obedire monitis ſalutaribus noluerint,
anathematizentur.

*Vt clerici ſeu laici cum bono teſtimonio cum ſacris puel-
lis loqui debeant. Cap. LIII.*

*Ex cõcil.
Spalenſi,
cap. 10.*

Hæc cautela circa omnes ſeruetur, vt laici remoti à
culiaritate virginum, nec vſque ad veſtibus habere
beant accedendi, familiare permiſſum, nec ipſe qui præſens
cum ſola colloqui debet, ſed ſub teſtimonio duarum
trium ſororum, ita vt rara ſit acceſſio, breuiſque locutio.